

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Ioachimi Langii colloquia Latina**

**Lange, Johann Joachim**

**Halae Saxonum, 1786**

Conivgatio tertia et qvarta

[urn:nbn:de:bsz:31-264123](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-264123)

Quando ego *doctus* fuero, spero, etiam te *doctum*  
iri cet.

## CONIVGATIO TERTIA ET QVARTA.

Quod hodie *lego* (*is* cet.) in libro, heri iam *audiui*  
(*isti* cet.) in schola.

Quod *legebam* (*as* cet.) hodie, heri iam *audiueram*  
(*as* cet.)

Non solum multa *legam*, sed etiam adhuc plura  
*audiam*.

Qui *legit* et *audit*, si vult sapere, attente *legat* et  
*audiat*.

Qui bene vult *legere*, nec debet male *audire*.

Nondum *audiueram* heri, meum fratrem *legisse*  
aut *lecturum esse* in hoc libro.

Nunc *lege* diligenter, et quando *legisti*, *audi* me  
legentem.

*Legerem* clara voce, si me *audire* velles.

Vtinam *legisses* hunc librum, aut *audiuisses* hanc  
vocem.

Cum *audiretur* campana, *legebatur* sacra scri-  
ptura.

Quæ heri non *legebantur*, hodie *lecta* et *audita*  
*sunt*.

Si nomen meum *lectum fuerit* de schedula, *au-*  
*dietur* ab omnibus.

Spero, hanc epistolam a fratre meo *lectam esse* ho-  
die, et denuo *lectum iri* cras.

*Lectio lecta* placet, decies repetita placebit.

Tradidit mihi pater meus epistolam *legendam*.

Quæ *legenda sunt*, *lego*: quæ *audienda*, *audio*.

### DEPONENTIA.

*Hortor* te, vt loquaris clare, et fatearis illud,  
quod hac in re *expertus es*.

B

Hor-

*Hortabar heri, et hortatus sum hodie fratrem tuum, vt proloqueretur clare, et fateretur omnia aperte.*

*Quia me hortaris, fatebor et proloquar omnia, vt experiaris meam mentem.*

*Fur loquitur multa, sed fatetur pauca, ne ipsius furta experiamur.*

*Experiar, an hic fur loqui et fateri velit.*

*Sicut expertus sum, multi multa sunt locuti, sed nihil confessi; etli eos hortabamur.*

*Hortabor hunc hominem, vt eloquatur et fateatur mihi omnia sua arcana: sic experiar.*

*Dehortare hunc puerum, ne loquatur tam proterue, nec fatenda reticeat; alias experietur virgam.*

*Qui non fateri vult scelera sua, solet experiri tormenta.*

*Spero, fratrem meum fassurum esse omnia, quae locutus et expertus est cet.*

#### VERBA ANOMALA.

*Non possum ferre hoc onus, etli velim, quod tu fers.*

*Meus frater mauult ire in culinam, quam in scholam.*

*Feram hoc onus, si potero, quod te tulisse memini. Me oportuit ire in scholam, cum vellem manere domi.*

*Quando huc venis, dic, salue: quando abis, vale. Nouerat soror mea, me nolle redire.*

*Vt quimus: quando, vt volumus, non licet.*

*Fer patienter, quod mutare nec potes, nec vis.*

*Hunc puerum iam ante annum nosse coepi.*

*Pater meus: nolo, inquiebat, nec possum perferre hanc molestiam cet.*

VSVS